CXVIII.

DA DOMINE INCREMENTUM!

Fundet *Aquas* pubes mea de *Spiramine Sancto*,
quæ *potent*, *mundent*, arida quæq; *rigent*,
vivificent, *jungant*, certam præſtentq; *medelam*,
ſeu quis vivit homo, ſeu moriturus erit.
Auditum & cenſum quos, quæſo, venite *Patroni*,
Vos, qui balbutit, vel juvet ipſe puer.
Stabit apud memores illuſtris gratia facti,
& noſtrâ Veſter voce canetur honos:
Quod rogo, veraci quod ſpondeo fidus ab ore,
facturus, quando det mihi cunq; DEUS,

Scholæ Veſtræ Evangelicæ Rector
JOHANNES Theill Philoſophiæ Magiſter & Poeta.

BUDISSÆ exſcript. Typis BAUMANNIANIS
anno CIↃ IↃC LX.